dolor multus. Ergò cum etiã tenebræ gaudium animiq; beni-
tatem in se contineant, cæcos nequaquã miseros dicendos puto.
Omittam hîc cæcorum genuinã ingenuitatem, quæ semper
tanta fuit, ut non magnitudo exemplorũ, sed admiratio auditi-
ribus nauseam procreare potuerit. Quid tàm novum, qꝫ
cæcum omnes civitatis plateas sine ullo impedimento percur-
rere, semitas lutosas declinare, ignorantibꝫ vias rectas
demonstrare? at cæcos eiusmodi præstare posse non dubium
est. Quid tàm præter consuetudinẽ, quàm oculis captũ va-
rias scientiarum disciplinas addiscere, librorũ commentarios
conscribere? cæci id præstiterunt. Didymus ipsul Cæsa-
riensis à puero cæcꝫ fuit, nihilominꝫ Dialecticam, Geometri-
amq; didicit, in Psalmos commentarios conscripsit; cæteros,
quos longo ordine enarrare possem, omitto. Quid tã incredi-
bile, quàm cæcũ pulsare organũ, dissonantes fistularũ lin-
gulas extrahere, infigere, ad perfectã consonantiã deducere?
cæcus Organoplæus pulsavit organũ, dissonantes fistularũ lingu-
las extraxit infixit, ad plenam perfectamq; consonantiã usq;
perduxit, cuiꝫ opera admiranda non Patris-bona solum sed et
Augusta miratur, quem admirabilem opificem aliquis ex no-
stris vidit admiratusq; fuit. Quid deniq; tàm inauditũ,
quàm oculis orbum, Rhetorũ lyceꝫ, Philosophorumque

a ipsius R. P. Athana-
sy Gugger tum
temporis Rhetor-
rices præcepta.